Pateat universis. Quod ego Berengarius Jugador, mercator civis Barchinone, ex certa sciencia per me et meos presentes et futuros
convenio et promitto vobis universitati ville Granullariorum et probis hominibus eiusdem licet absentibus tanquam presentibus
et notario infrascripto tanquam publice persone pro ipsis universitate et probis hominibus eiusdem et aliis personis quarum
intersit recipienti et stipulanti quod ego et successores mei in hospicio meo quod habeo in dicta villa tenebimus condirectam
illam Clavagueriam cum eius apparatu factam de vestri licencia de lapidibus et bitumine per medium meum hospicium versus
et vallum eiusdem ville, in quo quidem Clavagaria labitur aqua emanans de meo hospicio supradicto in dicto vallo. Et
hoc ad sumptus proprios nostros. Et hec promitto et convenio vobis licet absentibus necnon et notario infrascripto
ut supra recipienti et stipulanti sub obligacione omnium bonorum meorum attendere et complere et contra ea
nunquam facere aliqua racione et cum excepcione iuris vel facti remota et sine aliqua missione et interesse
ipsorum universitatis et singularium eiusdem presencium ac eciam futurorum. Actum est hoc Barchinone sexta decima
die Junii, anno a Nativitate Domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo Quarto. Sig+num Berengarii
Jugador predicti, qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Guillelmus Piquery, draperius, et Johannes de Turri, cives Barchinone, [illegible] mercator ville
Sancti Celetoni.

Sig+num Petri Sacosta, auctoritate regia notarii publici Barchinone, qui hec scribi fecit et clausit, cum
supraposito in linea IIIIa ubi dicitur meo.

Berenguer Jugador, mercader i ciutadà de Barcelona, promet als prohoms de la vila de [...], 16/5/1374, p. 1
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers

Acte de promesa de tenir ben con
dubina una carnagueria de berenguer
jugador enlo q at [illegible]

Berenguer Jugador, mercader i ciutadà de Barcelona, promet als prohoms de la vila de [...], 16/5/1374, p. 2
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers